

Primaf. A. sberus. Anselm.

Alcazar.

Vigil.

Mali Angeli.

Richard. Joachim. Thom Aug. Viegas. Gang. Delrio.

Pfalm. 77.

7. Demones invigilant ad devorandum. Richard.

Thom.

Hugo. Demones tenent impuros.

Joachim.

8. Boni Angeli Andr. Ribeira. Cornelius. L. Fiac. D. Bernard. D. Aug. ft.

Tertio Primafius, Ansbertus, & Anselm. per quatuor Angelos intelligunt quatuor praecepta mundi Regna, quae cum Christus venit in mundum, tenebant ventos, ac totius orbis partes scilicet pacem, laetitiam opes, & commoda orbis; quia suis rapiis & cardibus homines divexabant; sed nunquam in Scriptura talia regna Angeli appellantur; nec illis quatuor, quae in hac prophetia sunt.

Quarto Alcazar constituit hos quatuor Angelos, quasi velut quatuor Aëolos, qui ut ventorum Domini, eos carceribus, virculisque coëcēt; fremensque frænant, ut ne laxaret pro sua libertate, ut de Aëolo 2. E. acidos fingit Virgilius, Alcazar tamen revera, intendit communem sententiam, de qua statim.

Communis & vera sententia, per hos quatuor Angelos, videtur & proprie intelligi Angelos ut ministros Divinae justitiae. Controversia tamen est an isti Angeli sint boni, vel mali? Malos Angelos esse, tenent Richardus, Joachim Abbas, Thomas Anglicus, Viegas, Gagnanus, & Martin. Delrio 2. de Magia quaest. 11. citans Clementem lib. 4. recog. Augustinus lib. 3. contra Jul. Heron. lib. 7. in Jovian. & alii. Isti enim Angeli videntur esse de illis, de quibus in Pfalm 77. num. 49. est scriptum: Immissos per Angelos malos.

E. in hac sententia quoad mores à qua sunt noranda. Primò, ait: Vidi quatuor Angelos stantes. Demones ceciderunt de caelo, quomodo stat, Vigilant nempe, ut nos praecipites in ruinam trahant. Richardus: Vidi v. si Demones stantes, & quos in latum mundi devorare possent, consid. rantes. Secundò, dicitur in Text. Tenent quatuor angulos, seu omnes quatuor orbis partes; quia non in una parte sed in omnibus, inferre nocumentum, conderunt. Thomas Anglicus quia in omnibus partibus nocere student. Tertio dicitur: tenentes angulos. Apud angulos sunt sordes, & sterquilinia. Cardinalis Hugo: Demones stant super quatuor angulos terra, in angulis sordes confluere; ac si dicat: Demones tenent homines terrenos, quos plenus spurcitia, ac immunditia tenent. Quarto, dicitur: Tenentes quatuor ventos. Nunciat Demones, impedire quatuor Evangelia, seu Verbi Divini Predicatores; quorum doctrina terra recreatur, vivificatur, fecundatur, ac à se noxas, & iniquas errorum exhalationes rejicit & exufflat. Richardus, Joachimus Abbas: Quia Demones, ne verbum laevi Evangelii malis, vel bonis praedecatur, laborant. Quintò, dicitur in text. Ne starent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Cohibitione ventorum denotatur ingens malorum universaetas tempore Antichristi Aetatis: Ventorum prohibitio manifeste designat debiti ordinis solutionem, & malorum inevitabilitatem.

Contraria sententia, quod isti quatuor Angeli sint boni, mihi videntur vera, & certa. Eam tenent Andreas Castaliof. Ribeira, Pererius, Cornelius, Joannes de la Haye, Divus Bernardus, & alii; nam Deus valde frequenter justitiam, & punitionem exercet, per Angelos bonos, ut docet Divus Augustinus lib. 9. de Civitate Dei, cap. 5. Sancti Angeli, ait sine ira puniunt: quot accipiunt aeterna Dei lege punien-

dos, & patet in multis; per bonos Angelos Deus subvertit Sodomam. Nam Abrahamus illos adoravit. Genes. 18. num. 2. Lorrhaustanctos Angelos allocutus est; Quae? Domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mihi. Genes. 19. num. 19. Per bonum Angelum Deus percussit Israë pestilentia, sicque dicitur: Angelus Domini 2. Reg. 24. n. 16. per bonum Angelum Deus interfecit exercitum Sennacherib 4 Reg. 19. n. 35. per bonum Domini Angelum minatur Daniel. 15. num. 55. mortem impudicis fenibus; unde notant R. beira, & Cornel. quod quando Demones, dicuntur Angeli, semper aliquid additur, quo ostenditur, semonem esse de malis, ut illud Pfalmi: immissiones per Angelos malos.

Deinde ex ipso context. bene colligitur, quod sint Angeli boni; nam Angelus, qui habet signum Dei vivi, sine dubio bonus Angelus erat, ad eos tanquam socios loquitur: Quod usque signum servos Dei nostri: in frontibus eorum. Non dixit: signum, sed ait, signum; nos omnes, & postea labdit: servos Dei nostri. Non dixit absolute Dei vel Dei mei, ut dixisset, si compellisset Angelos à sua societate alienos. Erant ergo isti Angeli boni, ministri divinae justitiae; imò & Archangeli totius orbis principes, quibus universalis terrae cura commissa erat, & ideo stabant ad quatuor angulos orbis.

Obicit Viegas, Angelus, qui habuit signum Dei vivi, erat bonus Angelus, & clamavit: Obsecra, nolite nocere terra & mari. Ex quo conficitur, quatuor Angelos istos, non ex Dei praeccepto, & imperio, sed etiam propter eorum virtutem & imperium, ac permissum ventos laxare in commune damnum, intendisse. Quod si Angeli boni forent nequaquam favere possent. Respondeo, quod sapienter Angelus bonus resistit alteri, & aliqua intenta, quando divina voluntas non est ei manifestata, sic Angelus custos Perfarum resistit Gabriel, dum ei non erat aperta divina voluntas circa libertatem populi. Dan. 10. n. 13. ut ibi docent interp. etes. Unde quando dicitur in text. Ne starent, intelligitur donec Dei voluntate cognita, Angeli laxarent eos ad flandum.

Isti Angeli boni adstant super quatuor angulos; quia ut ait Divus Bernardus, Senens. serm. 1. de inspirationibus art. 1. cap. 2. tom. 3. Quadruplex est eorum cura circa humanam mentem. Primò, eam illuminare in Deo; Secundò, Incendere in ejus amore. Tertio, habilem reddere, & adjuvare ad omnem motum bonum; Quarto, eam cust. dice, ne à flatu venti diabolici decipiat. Non super aetiam partem stant Angeli; sed super angulos. Item Divus Bernardus Senens. tom. 2. serm. 8. c. 3. Stant super angulos, ait, quia officium habent refranandi quascunque malas offensiones, à quibus mala confurgit tentatio, ad praecipitandum homines ad peccandum. In angulis tenduntur, ac parantur insidiae. Prover. 7. num. 21. Nunc iuxta angulos insidians: ex angulo pomarii machinantur senes insidias in sa. & m. S. Iannam. Daniel. 3. num. 8. Iudei Angeli stant ad angulum, ut ab eo, omne noxium, ac nocivum homini ejciant, ipsūque ab omni malo custodiant, & liberent.

Genes. 18.

Genes. 19.

2. Reg. 24.

Dan. 13.

9. Angeli boni perbanur ex ipso text.

10. Viegas.

Solutio.

Dan. 10.

11. D. Bernard.

Angelus invigilat, ut nos omni tentatione custodiat.

Prov. 7.

Dan. 13.

Satis

12.

Luc. 10. D. August. D. Ambr. Beda.

Origen.

Angelus maxime sollicitus de nobis, si salus, in qua gaudet.

13.

Exod. 35.

Nostri salus sub tut. Angel. val. de secur.

Tritem.

Satis nota est parabola illa de homine, qui incidit in latrones descendens ab Hierosalem in Hiericho, cumque latrones despoliaverunt, & plagis impoitis, abierunt, semivivo relicto: Veniunt sacerdos, & levita; illum praetereunt, nullam opem ei ferentes? Samaritanus autem iter faciens, videns eum, misericordia motus est; ponens eum super jumentum, duxit in stabulum, & curam illius egit: & altera die protulit duos denarios; & dedit stabulario, & ait, curam illius habe. Luc. 10. num. 35. Communis est sententia D. August. D. Ambr. Beda, Eusebii, & aliorum, ut retuli, tom. 1. Evang. cap. 21. q. 10. n. 69. quod Samaritanus ille, Christus D. erat. Stabularius autem Angelus custos est Ecclesiae, ut multi Patres docent. Origen. homil. 39. in Lucam. Curam illius habe: Cum vellet ait, Samaritanus, nunc proficisci, de probata pecunia sua tulit duos denarios, & donat stabulario, seu Angelo Ecclesiae, cui praecipit, ut diligenter curet illum, & ad sanitatem usque perducat. Ex quo grandis insurgit difficultas, nomine Samaritani intelligitur Christus D. qui apud Joannem non renuit Samaritanum appellari; stabularius est Angelus; ut homo suam sanitatem recuperet, Dominus eum tradit Angelo; nonne Dominus valde faciliter poterat, eum per se sanare, ad quid eum committit Angelo? ut nobis manifestaretur, quantum valet cura, ac sollicitudo Angeli erga nos; quia ut homo ad integram sanitatem veniret, ac ut omne peccati, seu tentationis vulnus à se depelleret, Angelus? ut nobis manifestaretur, quantum valet cura, ac sollicitudo Angeli erga nos; quia ut homo ad integram sanitatem veniret, ac ut omne peccati, seu tentationis vulnus à se depelleret, Angelus? ut nobis manifestaretur, quantum valet cura, ac sollicitudo Angeli erga nos; quia ut homo ad integram sanitatem veniret, ac ut omne peccati, seu tentationis vulnus à se depelleret, Angelus?

Postquam populus peccavit in adoratione vituli: Ait Deus Moysi: Mittam Praevisorem tui Angelum, ut ejciant Chanaanem, & Amorrbam, & Habam, & c. & intes in terram fluentem lacte, & melle; non enim ascendam tecum; quia populus durus cervicis es, ne forte disperdam te in via. Ex. d. 3. n. 2. & 3. Committit Dominus Angelo populum suum, ut eum ducat per viam, & à facie ejus ejciant inimicos, cumque introducat in terram fluentem lac & mel; si hoc concedit populo, cur eum per se non ducit, cum ipse sit totus natura pius, clemens, & beneficus; cur ergo ei denegat suam praesentiam? ait: Ne forte disperdam te in via. Nonne etiam Angelus disperdere eos potest? cur ergo, Domine, magis à te, quam ab Angelo times? Adverte, quod si in Deo est Patris lenitudo, sic etiam in eo est Judicis severitas, quam Angelus non habet: ecce cur ducatum populi vult potius committere Angelo; scit enim optime, quod quidquid ab Angelo medietur, hominibus est salutare; tum ut eos custodiat, tum etiam, ut inimicos à facie eorum disperdat, eorumque insidias, ac machinas dissolvat. Tritem. in Comment. ad e. 7. Regula S. Benedicti, de Angelo nobis proprio sic loquitur: Unusquisque boni sum, ait, habet Angelum ad custodiam sibi deputatum, mediante quo aperit producit, sibi suffocatione, in vita conservatur sicut molestia; & tandem finem in omni homini sua sedula

visitatione; cum simus erga homines fragiles, & mortales, ex magna pietate sua Deus omnipotens unicuique nostrum iugiter ad custodiam, unum deputavit Angelorum: qui nos custodiat, fovet, protegat, & liberet. Vide supra cap. 3. q. 16. n. 137. 138. & 139.

QUESTIO II.

Quare Angeli cobibent ventos, ne flarent super terram, & mare? & quid nomine ventorum significatur?

Quatuor sunt venti Cardinales terrae, qui à quatuor orbis partibus exeunt, ab Oriente, Occidente, & à Septentrione, ac Meridie. A nautis vero alii multi hinc & hinc adduntur. Cui ergo dicitur, quod Angeli tenebant ventos, est quæst. praesens?

Cornelius in praesenti, ait, quod unus Angelus praesidet Orientali vento, alius Occidentali, & sic de aliis ventis; & addit: Dicimus, hos ventos, eorum m. tus, & agros non tam à va. ore, al. à ve. causa naturali, quam difficile est reddere; Unde in ea laborat Aristoteles, & omnes Physici; quam ab Angelis concitari, agi, ac dirigi: Deus enim per Angelos regit ac moderatur orbem, sicut Dominus per aurigam re. it, moderatur equos, & currum. Hæc ille. Quamvis bene agnoscimus, multa per Angelos ministrari à Deo; non tamen existimamus; res physicas subternas Deum reliquisse, sine causis sui ordinis. Si enim cætera res naturales suas habent causas naturales, utique etiam & venti; & id. dicitur in Pfal. 134. n. 7. Qui profers ventum, & resauris suis; hoc est, de rebus valde occultis. Nec videtur decens, ut Angel. ad quoscunque ventorum flatus se demittant; & ut flant dicam; hic simpliciter non intelliguntur venti materiales.

Secundò, Ribeira contendit, plagam non consistere, in emissione ventorum, sed in eorum retentione; ait enim: tenere autem ventos, ne flarent in terram, & mare, nihil est aliud quam velle perdere omnia, quae sunt in terra, & in mari; quæ si venti penitus cohibeantur, citò interire necesse est: Nam omnia terra animalia vento foveantur, & conservantur; eo substracto, praefocantur; plantae vento nutriuntur; & vegetant, & per eum imbribus irrigantur, atque ita sine vento, calore caeli consumerentur, & nihil terra produceret; pisces similiter interirent; & omnes qui essent in mari, quoniam enavigare non possent. Ita ille: Sed contra, quia plaga non erat posita in retentione ventorum, sed in jam parata emissionem; ut ostendant sequentia verba Angeli: Nolite nocere terra, & mari, neque a boribus, quoad usque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum. Angeli tenebant ventos; ergo in hac retentione nocumentum non erat positum; quia nondum nocebant mari & terra; quod nocumentum fieret, si ipsos ventos emitterent, & laxarent.

Et ita communiter tenent omnes, ut Cornel. Alcazar, Ferrarius, & alii, quod ex verbis text. bene colligatur; nocumentum esse positum in emissionem ventorum; non vero in cohibitionem. Ferrarius

14.

15. Corneliu.

Pfal. 134.

Ribeira.

Impugnatur.

17. Corneli.

Alcazar.

Ferrarius



quia, ut ait, citat. Cornelius; quamvis malitia, & compressio ventorum damnum aliquod inferat, ad ipsum tamen lentum est, remissum; & languidum: multo tamen vehementius, & horribilius damnum inferunt venti, si subito omnes eorum laxentur habent, & irruant; tunc domus, templa, turres, & arbores prosternentur.

18. Alcazar.

Impugnatur.

19.

20. Resolutio questionis. Venti denotant tentationes, & persecutiones. Daniel. 7.

Eccles. 43.

21. Vera & germana interpretatio.

22.

ros, Ne flarent super terram, neque super mare, Ferrarius. neque in ullam arborem. In quo notatur triplex genus calamitatum: Unum, quod attingit terram, & hoc illud est, quod creatur in mundo, per malos Ecclesie praesides. Secundum est, quod attingit mare, & est illud, quod creatur per malos principes, & potestates saeculi; & tertium est, quod attingit arbores, & tangit hunc vel illum hominem, homines a bonis comparantur; & hoc est, quod fit malum, a particularibus hominibus.

Triples calamitas.

23. Tribulationes iustorum breviter tractantur, & in felicitates resolvuntur.

Cant. 4.

Aponius.

24.

3. Reg. 29. Septuag. Tribulationes iustorum in felicitate terminantur.

Glossa Mor.

25. Job. 30.

persecutiones Job ad dexteram.

tissima

tissima pignora arripuit, & eripuit, ac omnibus illis parentem orbatum relinquit. Quomodo ergo tam acerbe, ac crudelis ventus, tibi est a dextera? ac ab oriente? Ad dexteram Orientis calamitates mea surrexerunt: Sanè nihil adversi, nihil doloris, accidit viro iusto; quod illi ex dextera non veniat; cum eum ducat ad Christi dexteram. Eleganter Gillibert. Abbas, serm. 28. in Cantic. Iure ventus ille, ait, ad dexteram venit, cui nihil ei quaesivit, sinistram inferret: quin etiam corona gloria viro iusto comportavit augmentum, quando virius probata enituit, & quando provocata exerevit.

Gillibert.

Apoc. 7. v. 2. Et vidi Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est, nocere terrae, & mari.

VERSIONES.

Syrus. Et ascendit ab ortu solis, habens sigillum Dei vivi.

Alia litera. Descendentem ab ortu apud D. Th. solis.

Pagninus. Habentem sigillum Dei viventis.

Arabicus. Habentem annulum Dei, &c. Dicebatque quatuor Angelis, quibus praeceptum fuerat, vastare terram, & mare.

D. August. Quibus datum est, laedere terram, & mare.

EXPOSITIO II.

26.

Vidi alterum Angelum: Id est, praeter quatuor Angelos supra dictos, vidi, ait Joannes, alterum Angelum; variè variè de hoc Angelo sentiunt, cum communi, & probabiliori sententia dicimus, Perè & propriè fuisse Angelum unum ex praecipuis, ac primatibus, scilicet Archangelis: Ascendentem ab ortu solis; Descenderat namque Angelus in terram, ut hominum salutem invigilaret: & tunc ascendere visus est Joanni: ab ortu solis: quia cum sole quasi oriri, & in Horizontem, in qua erat noster Propheta, ascendere videbatur. Alii exponunt, ab ortu solis, quia veniebat laeta, & prospera nuntiare: tum etiam quia novam laetitiam, & quasi lucem afferebat.

Angelus afferebat novam lucem.

27. Graecus.

Habentem signum Dei vivi. Graecus habet: Sigillum, quo signa rebus imprimuntur. Vide tunc autem, hoc signum fuisse crucis, ut infra latius dicam, quæst. 9. Dei vivi, seu ut alii legunt, viventis, quod dictum est ad distinctionem veri Dei: à falsis Diis, qui mortui, inefficaces, ac impotentes sunt: vel sic dictum est

ab affectu: quia Deus misit hunc Angelum suum, ad vivificandos servos suos, ad servandòsque eos à communi reproborum interitu. Et clamavit voce magna; quod index est magni affectus salutis hominum.

QUESTIO III.

Circa hunc Angelum ascendentem ab ortu solis, tres ponuntur sententiae.

Variae sunt in hac re sententiae, ex quibus multae magna indigent explicatione: & primò Alcazar existimat, hunc Angelum esse Spiritum sanctum, qui signat se ipso, suaeque gratia, eisque ab omni nocimento incolomes, immunes, ac liberos servat. Aut potius ait, hunc Angelum esse ipsam Spiritus sancti gratiam. Haec enim formaliter fideles, & sanctos signat: Haec sententia est valde singularis, & non benè in ea aptantur ea, quae de hoc Angelo habente signum Dei vivi dicuntur.

28.

Alcazar.

Impugnatur.

Constantinus Magnus.

Secundò alii, ut Aureolus, Lyranus, & multum probabile existimat Viegas hic, sect. 3. Lyranus, & 4. Per hunc Angelum interpretantur Constantinum Magnum, qui quatuor Tyrannos regnantes, scilicet Maxentium Romae, Maximianum in Oriente, Severum in Italia, Lucinium in Aegypto, Evangelii praedicationem impediens profligavit: Ex quo in Ecclesia, magna pax, laetitia, & propagatio facta est. Hic enim habuit signum Dei vivi, id est, signum crucis, quod de caelo pugnatum, contra Maxentium, tanquam victoriae omen, datum est, cum hac inscriptione: In hoc signo vinces, ut tradunt Eusebius lib. 1. de vita Constantini. Nicephorus lib. 7. cap. 29. Unde tunc multi baptizati: & in ipso baptismo à Sacerdotibus signo crucis signabantur.

29. Aureolus.

Ensb. Nicephorus.

30. Impugnatur praedicta sententia.

Tamen haec sententia non subsistit: quia haec quae hic scribuntur, pertinent ad sextum sigillum, in quo agitur de Antichristo. Deinde illa: Centum quadraginta quatuor millia signata, ex Israël; ex tribu Juda duodecim millia signata, ex tribu Levi, duodecim millia signata, &c. Nec benè, nec cum fundamento aptantur ad tempus Constantini: nec etiam illa turba magna ex omnibus nationibus, populis, & linguis, Tempore Constantini tam universalis gentium conversio, non facta est ad Christum, ita ut turba magna confisteret: quam nemo numerare poterat.

Christus Dominus.

Hunc Angelum Christum, D. existimant Divus Ambrosius, Ansbertus, Primasius, Haymon, D. Anselm. Richard. Beda, & alii. Nam Christus ab Isaia cap. 9. num. 6. juxta Septuaginta, vocatur Magni Consilii Angelus, & à Zacharia 6. n. 12. Vir oriens: ut testatur Ioan. 6. n. 27. Nunc Pater signavit

31. D. Ambrosius, Ansbertus, Primasius, Haymon, D. Anselm.